



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

2215. Otto, Markgraf von Brandenburg, dankt dem Rathe zu Lübeck für  
die einigen Bürgern in Dömitz erwiesene Begünstigung, am 10. Juli 1297.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

2215. Otto, Markgraf von Brandenburg, dankt dem Rathe zu Lübeck für die einigen Bürgern in Dömitz erwiesene Begünstigung, am 10. Juli 1297.

Otto, Dei gracia Brandenburgensis marchio, Viris prouidis et discretis consulis ciuitatis Lubicensis salutem et graciae sue plenum affectum. Vestre obinde maturitatis discrecionj, quod nostros ciues fideles et dilectos de ciuitate Domeniz infra scriptos, videlicet Johannem de Horne, Henricum Semeler, Ducem Albertum nomine, Walterum Vicken, Heynonem Vierecke et Papenpistele exempcionibus fideiussionum et debitorum solucionibus adeo fauorabiliter pertractastis, grates vbilibet referimus numero non complexas. Pro quibus vestris grata vicissitudine promocionibus insudabimus iuxta nostrarum virium potentatum. Datum Berlin, anno Dominj millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, in die Septem fratrum.

Aus dem Lübecker Urk.-Buch II, 77.

2216. Nicolaus Borko und Borko bekunden, ihre Lehne von den Markgrafen empfangen zu haben, im Jahre 1297.

Nos Nicolaus, dictus Borko, et Borko cum fratribus presencium literarum pagina protestamur, Quod a venerabilibus principibus dominis Ottone, Conrado, Johanne, Ottone, marchionibus Brandeburgensibus et de Lantzberg, bona nostra recepimus, que patres nostri et progenitores nobis hereditauerunt et rite et legitime possederunt cum omnibus finibus terminorum, quemadmodum antiquis temporibus habuerunt. Preterea promittimus antedictis dominis nostris marchionibus cum omni fide, dilectione et constancia fideliter deferuire nec ab eisdem vnquam nostro sincero seruitio in perpetuum separari, vt interveniente nostro fideli obsequio valeant nobis profectus et vtilitas generari. Vt autem nec nostra receptio bonorum nostrorum inuolabiliter perseueret, presentes litteras conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXVII<sup>o</sup>.

Nach dem G. Hum. Lehnscopialbuche II, 65.

2217. Markgraf Albrecht vereignet der Stadt Wolbeck das Dorf Niendorf, am 12. Juni 1298.

In nomine Domini Amen. Ad memoriam presentium et eternam notitiam futurorum nos Albertus, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, recognoscimus publice per presentes, quod fidelibus nostris consulis et universitati civitatis nostre Woldegk proprietatem bonorum ville Niendorp dedimus et presentibus damus, ita